



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XLIII. De effectibus timoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ARTICVLVS PRIMVS. A

ARTICVLVS II.

Vtrum causa timoris sit amor.

Vtrum causa timoris sit defectus.

& secundum singulas conditiones obiecti proprias causas, & diuersimode constituendo eas, sicut respondere ad quaestiones de causis passionum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod amor non sit causa timoris. Illud enim quod in

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod defectus non sit causa timoris. Illi enim qui potentiam habent, maxime timentur, sed defectus contrariatur potentiae, ergo defectus non est causa timoris.

Rhet. 26.

¶ 2 Præterea. Illi qui iam decapitantur, maxime sunt in defectu, sed tales non timentur, ut dicitur in 2. Rhetor. ergo defectus non est causa timoris.

Li. 2. Rhetor. cap. 5. circa med. tom. 6.

¶ 3 Præterea. Decertare, ex fortitudine provenit, non ex defectu, sed decertantes timentur eos qui pro eisdem decertant ut dicitur in 2. Rhet. ¶ ergo defectus non est causa timoris.

Li. 2. Rhetor. c. 5. ante med. dium to. 6.

SED CONTRA. Contrariorum contraria sunt causa: sed diuitie, & robur, & multitudo amicorum, & potestas excludunt timorem, ut dicitur in 2. Rhetor. ¶ ergo ex defectu horum timor causatur.

Eod. li. & c. postmed. to. 6.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, duplex causa timoris accipi potest. una quidem per modum materialis dispositionis ex parte eius qui timetur, alia per modum causae efficientis ex parte eius qui timetur. Quantum igitur ad primum, defectus per se loquendo, est causa timoris. Ex aliquo enim defectu uirtutis contingit, quod non possit aliquis de facili repellere imminens malum, sed tamen ad cauendum timorem requiritur defectus cum aliqua mensura. Minor enim est defectus qui causat timorem futuri mali, quam defectus consequens malum praesens, de quo est tristitia: & adhuc esset maior defectus, si totaliter sensus mali auferretur, uel amor boni, cuius contrarium timetur. Quantum uero ad secundum, uirtus & robur, per se loquendo, est causa timoris, ex hoc enim quod aliquid, quod apprehenditur ut nocuum, est uirtuosum, contingit quod eius effectus repellere non possit: contingit tamen per accidens, quod aliquis defectus ex ista parte causat timorem, in quantum ex aliquo defectu contingit, quod aliquis ueluti momentum inferre, puta propter iniustitiam, uel quia ante laesus fuit, uel quia timet laedi.

Artic. practe.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de causa timoris ex parte causae efficientis.

AD II. Dicendum, quod illi qui iam decapitantur, sunt in passione praesentis mali, & ideo iste defectus excedit mensuram timoris.

AD III. Dicendum, quod decertantes timetur non propter potentiam, qua decertare possunt, sed propter defectum potentiae, ex quo contingit, quod se superaturos non confidunt.

QVAESTIO XLIII.

¶ Super quaestio quadragesima quarta articulum primum.

De effectibus timoris, in quatuor articulos diuisa.

IN 1. ar. q. 44. dubium occurrit, eo quod responso ad 3. contrariatur corpori ar. & uniuersali doctrinae de consonantia motus corporalis, & motus animalis in passionibus. nam secundum uniuersalem doctrinam in corpore tractata, sicut timor consistit in contractione animi, ita transmutatio illi unita in contractione caloris spirituum & tamen in ratione, ad tertium

DEINDE considerandum est de effectibus timoris.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum timor faciat contractionem.

¶ Secundo, Vtrum faciat consiliatos.

¶ Tertio, Vtrum faciat tremorem.

¶ Quarto, Vtrum impediatur operationem.

Prima Secunda S. Thomae.

Inf. ar. 2. co. Et 2. 2. q. 19. Ar. 9. ad 3. Ar. 15. ad 1. 8. Tract. 9. artic. med.

Li. 2. Rhetor. c. 5. tom. 6.

Li. 2. Rhetor. c. 5. ante med. dium to. 6.

quæst. 33. in prin. tom. 4.

ma. fa. o. fo. n. fia. cir. agis. t. in. da. ore. ap. tio. rpe. um. re. re. etua. a. um. iur. i. fert. dio. quo. dio.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

is. i. tu. agis. em.

ARTICVLVS PRIMVS. F

Vtrum timor faciat contractionem.

tertium dicitur, q̄ in uerecundia est contractio animi: sed nō natura corporalis. hoc.n. non stat cum uniuersalitate illius doctrinae.

Supra q. 25. ar. 1. cor. & q. 45. ar. 4. ad 1. & 2.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ in huiusmodi passionibus inueniuntur duo motus corporales, primus ab extra ad intus, secundus ab intus ad inferiora uel superiora: & primus quidem est ille motus, qui ut materia est passionis: secundus uero effectus potius est, unde dolor & timor in motu, qui est ut materia passionis, conueniunt. interque enim est ab extra ad intra: sed in motu qui consequitur, differunt. Nam ad dolorem sequitur motus ad superiora, uel prout opus est, ut in responsione ad secundum dicitur: in timore motus consequens quandoque est ad inferiora, & hoc euenit quoties timor ducit ad frigus ingrossans spiritus: quod tunc nō euenit cum modicus est timor, qualis uidetur esse uerecundia contractus, siquidem in ea spiritus ad intra, & obiecto timoris non repugnante naturæ, sed soli appetitui, nō sequitur frigus naturæ inimici: & sic anima diffundit in faciem ruborem. Semper ergo fit in timore contractio ad intus: sed quia non semper fit usque ad frigus ingrossans, iō in litera negat contractio naturæ corporæ, non quia nō fiat, sed quia nō fit consummata usque ad frigus. In reliquis tribus articulis de 44 q. nihil occurrat scribendum.

q. 47. ar. 4. li. 4. in fol. a prim. lib. Arist. 4. Ethic. ca. vi. cor. prin. com. 5.

li. 2. Ortho. fidei c. 23.

q. 2. ar. 5.

q. 47. ar. 2.

q. 43. ar. 2.

In seſſione, 27. Probl. 3. & 9. tom. 6.

AD PRIMVM sic procedit. ¶ Vt, q̄ timor non faciat contractionem. Contractione. n. c̄ta, calor & spiritus ad interuocatur: sed ex multitudine caloris & spirituum in interioribus magnificatur cor ad audacter aliquid aggrediendum, ut patet in iratis, cuius cōtrarium in timore accidit. non ergo timor facit contractionem.

¶ 2. Præt. Multiplicatis spiritibus & calore in interioribus per contractionem, sequitur quod homo in uocem prorumpat, ut patet in dolentibus: sed timentes nō emittunt uocem, sed magis redduntur taciturni. ergo timor non facit contractionem.

¶ 3. Præt. Uerecundia est quedam spēs timoris, ut supra dictū est: * sed uerecundati rubescunt, ut dicit Tullius. de Tusculanis q. 7 & Philosoph. in 4. Ethic. * rubor autē faciei non attestatur contractioni, sed contrario. non ergo contractio est effectus timoris.

SED CONTRA est, quod Dam. dicit in 3. li. q̄ quod timor est uirtus secundum Iustolem, id est, secundum contractionem.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * In passionibus animæ est sicut formale ipse motus appetitiuæ potentia, sicut autē materiale, transmutatio corporalis, quorum unum alteri proportionatur, unde secundū similitudinē & rōnem appetitiui motus sequitur corporalis transmutatio. Quātum autē ad animalem motum appetitus, timor cōtractionē quandam importat, cuius rō est: quia timor prouenit ex phantasia alicuius mali imminētis, qd difficile repellī pōt, ut supra dictum est. * Qd autē aliquid difficile possit repellī, prouenit ex debilitate uirtutis, ut supra dictum est. * Virtus autem quāto est debilior, tantō ad pauciora se potest extendere: & iō ex ipsa imaginatione quæ causat timorē, sequitur quādam contractio in appetitū: sicut etiam uidemus in moribentibus, quod natura retrahitur ad interiora pp debilitatem uirtutis. Et uidemus et in ciuitatibus, q̄ qñ ciues timent, retrahunt se ab exterioribus, & recurrunt, quantum possunt, ad interiora: & secundū similitudinē huius contractionis, quæ pertinet ad appetitū animalē, sequitur et in timore ex parte corporis contractio caloris, & spirituum ad interiora.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Philosoph. dicit in li. de Problematibus. * licet in timentibus retrahatur spiritus ab exterioribus ad interiora, non tamen est idem motus spirituum in iratis, & timentibus: nam in iratis propter calorem, & subtilitatem spirituum, quæ proueniunt ex appetitū uindi-

ctæ, interius fit spirituum motus ab inferioribus ad superiora: & ideo congregantur spiritus & calor circa cor. ex quo sequitur, quod irati redduntur prompti & audaces ad inuadendum: sed in timentibus propter frigiditatem ingrossantem, spiritus mouentur a superioribus ad inferiora, quæ quidem frigiditas cōtingit ex imaginatione defectus uirtutis: & ideo nō multiplicatur calor & spiritus circa cor, sed magis a corde refugit: & propter hoc, timentes non prope inuadunt, sed magis refugunt.

AD SECUNDVM dicendum, quod naturale est cui libet dolenti siue homini, siue animali, quod utatur quocunque auxilio potest, ad repellendum nocuum præuens quod inferat dolorem. unde uidemus quod animalia dolentia percipiunt uel faucibus, uel cornibus. Maximum autem auxilium ad omnia in animalibus est calor & spiritus. & ideo in dolore natura conseruat calorem & spiritum interius, ut hoc utat ad repellendum nocuum. & ideo, ut Philosoph. dicit in li. de Problematibus, * quod multiplicatis spiritibus introrsum & calore, necesse est quod emittantur per uocem: & propter hoc dolentes uix se possunt continere, quin clament. Sed in timentibus fit motus interioris caloris & spirituum a corde ad inferiora, ut dictum est: & ideo timor cōtrariatur formationi uocis, quæ fit per emissionem spirituum ad superiora per os: & propter hoc timor tacentes facit: & inde est etiam quod timor trementes facit, ut dicit Philosophus in li. de Problematibus. *

AD TERTIVM dicendum, q̄ pericula mortis nō solum cōtrariantur appetitū animali, sed et cōtrariantur naturæ: & pp hoc in huiusmodi timore non solum fit contractio ex parte appetitus, sed et ex parte naturæ corporalis. Sic. n. disponitur animal ex imaginatione mortis contrahens calorem ad interiora, sicut qñ naturaliter mors imminet: & inde est q̄ timētes, mortem pallescunt, ut dicitur in 4. Ethic. * sed malum quod timet uerecundia, non opponitur naturæ, sed solum appetitū animali: & ideo fit quaedam contractio secundum appetitum animale, non autem secundum naturam corporalem; sed magis aia quasi in se contracta, uacat ad motionem spirituum & caloris, unde fit eorum diffusio ad exteriora, & propter hoc uerecundati rubescunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum timor faciat consiliatius.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur, q̄ timor non faciat consiliatius. Non. n. est eiusdem consiliatius facere, & consiliū impedire, sed timor consilium impedit. omnis enim passio perturbat quietem, quæ requiritur ad bonum usum rationis. ergo timor non facit consiliatius.

¶ 2. Præt. Consilium est actus rōnis de futuris cogitatis & deliberatis, sed aliquis timor est excutiens cogitata & mētē a suo loco remouet, ut Tull. dicit in 4. de Tusc. quæstionibus. * ergo timor non facit consiliatius, sed magis impedit consilium.

¶ 3. Præt. Sicut consilium adhibetur ad uitanda mala, ita et adhibetur ad consequenda bona, sed sicut timor ē de malis uitandis, ita spēs ē de bonis consequendis. ergo timor nō facit magis cōsiliatius, quā spēs.

SED CONTRA est, quod Philosoph. dicit in 2. Rhetor. * quod timor consiliatius facit.

RESPON. Dicendum, quod aliquis potest dici consiliatius dupliciter. Vno modo a uoluntate, seu sollicitudine consiliandi; & sic timor consiliatius facit, quia ut

Cap. 3. ante m. con. 5.

q. 43. 2.

Ca. 5. a.

Cap. 3. to.

In corp.

Supra art. ad 3. an. p. 17. co.

li. 4. in 4. a. prim. libri. Ar. a. hui.

Tex. 9. mo 2.

vt Philosophus in 3. Eth. * dicit. Consiliatur de ma-
 gnis, in quibus quasi nobis ipsis discredimus. Ea autem,
 que timorem incutiunt, non sunt simpliciter mala, sed
 habent quandam magnitudinem, tum ex eo quod apprehenduntur,
 ut quae difficiliter repelluntur: tum etiam
 quia apprehenduntur ut de prope existentia, sicut iam
 dictum est. * vñ hoies maxime in timoribus. querunt
 consiliari. Alio modo dicitur aliquis consiliarius a facultate
 bene consiliandi, & sic nec timor, nec aliqua passio
 consiliarios facit: quia homini affecto secundum
 aliquam passionem uidetur aliquid uel maius, uel
 minus, quam sit secundum rei ueritatem: sicut amanti
 uidentur ea quae amat, meliora, & timentur ea quae timet,
 terribiliora: & sic ex defectu rectitudinis iudicii quae
 libet passio, quantum est de se, impedit facultatem bene
 consiliandi. Et per hoc patet responsio ad Primum.

AD II. Dicendum, quod quantum aliqua passio
 est fortior, tantum magis homo secundum ipsam affe-
 ctus impeditur. & ideo quando timor fuerit fortis,
 uult quidem homo consiliari, sed adeo perturbatur
 in suis cogitationibus, quod consilium adinuenire
 non potest. Si autem sit paruus timor, qui sollicitudi-
 nem consiliandi inducat, nec multum rationem con-
 turbet, potest etiam conferre ad facultatem bene con-
 siliandi ratione sollicitudinis consequentis.

AD III. Dicendum, quod et spes facit consiliarios:
 quia, ut in 2. Rhet. * Philosophus dicit. Nullus confi-
 liatur de his de quibus desperat, sicut nec de impos-
 sibilibus, ut dicitur in 3. Eth. + timor tñ facit magis
 consiliarios quam spes, quia spes est de bono, pro-
 ut possumus ipsum consequi: timor autem de malo,
 prout uix repelli potest: & ita magis respicit rationem
 difficilis timor, quam spes. in difficilibus autem, ma-
 xime in quibus nobis non confidimus, consiliamur,
 sicut dictum est.*

ARTICVLVS IIII.

Utrum timor faciat tremorem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod tremor non
 sit effectus timoris. Tremor enim ex frigore acci-
 dit: uidemus enim infrigidatos tremere, timor autem
 non uidetur causare frigus, sed magis calorem defic-
 cantem, cuius signum est, quod timentes sitiunt, &
 praecipue in maximis timoribus, sicut patet in illis qui
 ad mortem ducuntur. ergo timor non causat tre-
 morem.

¶ 2. Praet. Emissio superfluitatum ex calore accidit,
 unde ut plurimum medicinae laxatiuae sunt calidae:
 sed huiusmodi emissiones superfluitatum ex timore
 frequenter contingunt: ergo timor uidetur causa-
 re calorem, & sic non causat tremorem.

¶ 3. Praet. In timore calor ab exterioribus ad interio-
 ra reuocatur. Si igitur propter huiusmodi reuocationem
 caloris in exterioribus homo tremit, uidetur simili-
 ter, quod in omnibus exterioribus membris deberet
 causari tremor ex timore: hoc autem non uidetur.
 non ergo tremor corporis est effectus timoris.

SED CONTRA est, quod Tullius dicit in 4. de Tu-
 sculanis quaestionibus * quod timorem sequitur tre-
 mor, & pallor, & dentium strepitus.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * in
 timore fit quaedam contractio ab exterioribus ad interio-
 ra: & ideo exteriora frigida remanent, & propter
 hoc in eis accidit tremor, quae catur ex debilitate uirtu-
 tis continentis membra. Ad huiusmodi autem debilita-
 tem maxime facit defectus caloris, qui est instrumentum
 quo anima mouet, ut dicitur in 2. de anima *.

Sup. artic. ad 1. An. Et p. 17. co. 7.

Li. 4. in fol. 42. princip. libri. Ar. huius q.

Tex. 98. to. mo 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod calore ab exterioribus
 ad interiora reuocato, multiplicatur calor interior,
 & maxime uersus inferiora, id est, circa nutritiuam:
 & ideo consumpto humido consequitur sitis, &
 etiam interdum solutio uentris, & urinae emissio,
 & quandoque etiam seminis, uel huiusmodi emissio
 superfluitatum accidit propter contractionem uentris,
 & testiculorum, ut Philosophus dicit in libro de
 problematibus. * unde patet solutio ad Secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod quia in timore calor
 deferit cor, a superioribus ad inferiora tendens: ideo
 timoribus maxime tremit cor & membra, quae habent
 aliquam connexionem ad pectus, ubi est cor: unde
 timoribus maxime tremunt in uoce propter uiciniam
 uocalis arteriae ad cor. tremit etiam labium inferius
 & tota inferior mandibula propter continuationem
 ad cor, unde & strepitus dentium sequitur: & eadem
 ratione brachia, & manus tremunt. Vel etiam quia
 huiusmodi membra sunt magis mobilia propter quod
 & genua tremunt timentibus, secundum illud Isai. 35.
 Confortate manus dissolutas, & genua tremencia
 roborate.

In sectione 17. Probic. 11. to. 6.

ARTICVLVS IIII.

Utrum timor impediatur operationem.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod timor
 impediatur operationem. Operatio enim maxime
 impeditur ex perturbatione rationis, quae dirigit
 in opere, sed timor perturbat rationem, ut dictum
 est. * ergo timor impedit operationem.

¶ 3. Praet. Illi qui faciunt aliquid cum timore, facilius
 in operatione deficiunt: sicut si aliquis incedat super
 trabem in alto positam, propter timorem de facili
 cadit, non autem caderet, si incederet super eandem
 trabem in imo positam, propter defectum timoris.
 ergo timor impedit operationem.

Art. 2. huius quest.

¶ 3. Praet. Pigritia, siue segnities est quaedam spes timoris,
 sed pigritia impedit operationem. ergo & timor.
 SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Phil. 2.
 Cum metu & tremore uestra salus est operamini, quod
 non diceret, si timor bonam operationem impederet.
 timor ergo non impedit bonam operationem.

RESPON. Dicendum, quod operatio hominis exterior
 causatur quidem ab anima sicut a primo mouente,
 sed a membris corporeis sicut ab instrumentis. Con-
 tingit autem operationem impediiri & propter defectum
 instrumenti, & propter defectum principalis mouentis.
 Ex parte igitur instrumentorum corporalium timor,
 quantum est de se, semper natu est impedire
 exteriorem operationem pro defectu caloris, qui ex
 timore accidit in exterioribus membris: sed ex parte
 animae si sit moderatus non multum rationem perturbans,
 confert ad bene operandum, in quantum causat
 quandam sollicitudinem, & facit hominem attentius
 consiliari & operari. Si uero timor tantum incre-
 scat, quod rationem perturbet, impedit operationem et
 ex parte animae, sed de tali timore Apostolus non lo-
 quitur. Et per haec patet responsio ad Primum.

AD SECUNDVM dicendum, quod illi qui cadunt de
 trabe in alto posita, patiuntur perturbationes
 imaginationis propter timorem casus imaginati.
 AD IIII. dicendum, quod omnis timens refugit id
 quod timet: & ideo cum pigritia sit timor de ipsa
 operatione in quantum est laboriosa, impedit operationem,
 quia retrahit uoluntatem ab ipsa, sed timor qui est
 de aliis rebus, in quantum adiuuat operationem, in-

Prima Secunda S. Thomae. M 2 quan-

¶ Super Quaestiois quadragesime quinta Articulum primum.

IN tota quaest. 45. unum occurrit dubium, quomodo scilicet malum sit obiectum audaciae. autem est obiectum eius per se, aut per accidens. si per se, ergo motus appetitus, profectus est per se respectu mali, cuius oppositum dictum est: & omnes fatentur, dicentes, malum esse quod omnia fugiunt: sicut bonum, quod omnia appetunt. si per accidens, ergo habet aliquid aliud per se obiectum, sicut patet in ceteris operationibus sensus, intellectus, & appetitus. Dicuntur enim aliqua per accidens uisa, audita, intellecta, appetita: quia propter alia uisa, sentata, cognita, desiderata attinguntur, & tunc queratur quod est obiectum per se audaciae, an bonum, an malum. Et augetur difficultas, quia auctor uarie loqui uidetur in artic. 2. ad tertium, expresse dicens, audaciam respicere malum, & in articulo 4. ad 2. dicens, obiectum audaciae esse compositum ex bono & malo.

quorum inclinatio uoluntatem ad operandum ea, per quam homo effugit id quod timet.

QVAESTIO XLV.

De audacia, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de audacia. ET CIRCA hoc quaruntur quatuor.

- ¶ Primo, Vtrum audacia sit contraria timori.
- ¶ Secundo, Quomodo audacia se habet ad spem.
- ¶ Tertio, De causa audaciae.
- ¶ Quarto, De effectu ipsius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum audacia sit contra timori.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod audacia non contrarietur timori. Dicit enim Aug. in lib. 83. q. 1. quod audacia uirtutum est, uirtutum autem uirtutum contrariatur: cum ergo timor non sit uirtus, sed passio, uidetur quod timori non contrarietur audacia.

¶ 2. Præ. Vni unum est contrarium: sed timori contrariatur spes. non ergo contrariatur ei audacia.

¶ 3. Præ. Vnaquæque passio excludit passionem oppositam: sed id quod excluditur per timorem, est securitas. dicit enim August. 2. Confes. quod timor securitati præcauet. ergo securitas contrariatur timori: non ergo audacia.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Rhet. quod audacia est timori contraria.

RESPON. Dicendum, quod de ratione contrariorum est, quod maxime a se distent, ut dicitur in 10. Metaph. Illud autem, quod maxime distat a timore, est audacia. Timor enim refugit nocuum futurum propter eius vi-

eo ipso, quod tam difficile est, habet unde a se auertat illum, cui est, uel uidetur sic excessuum: & hoc modo bonum arduum est obiectum desperationis, & similiter malum, difficile non excedens mensuram in maius, licet ex eo quod est malum habeat, unde auertat: ex eo tamen quod est uelut quoddam magnum non excedens mensuram, habet unde trahat. unde auctor superius in q. 23. art. 2. dicit quod malum arduum habet, ut in ipsum tendatur, sicut in quoddam arduum: & sic modus mali importatus per ly, arduum, mensurate habet attrahere non concupiscibilem, cuius est uigere magis manus mali, quam minus, sed irascibilem, cuius est tam bona quam mala ardua profectus, ut oportet. Et hoc modo saluatur, quod audacia respicit per se aliquo modo suum proprium obiectum: nec uideo aliter perferat in ipsa, & desperatione pure sumptis respectu priorum obiectorum. Quod enim obiectum audaciae sit difficile malum, ex eo patet, quod si nullus desperat nisi a desiderato, ac per hoc bono, ita nullus audet nisi ad timendam, ac per hoc mala. hæc de primo. Quod ad secundum facile patet quomodo saluatur hic per se, & per accidens, & quæ. Saluatur scilicet per se obiectum profectus, id est bonum, & per accidens obiectum eiusdem, id est malum, ex eo quod obiectum audaciae, ut participantis spe, ut in littera dicitur, compositum est ex bono & malo, ita quod bonum uictoriae, seu re pulsa subiectionis imminens, respicit rationem spei, quod perinde est ac dicere, quod respicit ex participata spe: malum autem respicit rationem sui, propter illud tamen bonum. Est enim audaciae motus spei effectus ex parte obiecti: unde prouida natura, cum egeret animalia non solum consonantibus per se motibus ab obiecta appetitus, bonum scilicet & malum: sed etiam dissonantibus ab eiusdem, quantum quandoque expedit & fugere bonum aliquod, & profectus mali aliquod, nec potuerit fieri, ut perfectam secundum propriam compositionem haberent, effectus ut saltem respectu concurrentium ad motum perfectas saluaretur, ut sic motus omnis appetitus, & si non secundum se consideratus, ut tamen exercitus, cum requisitis ad ipsum per se obiectum fortiaur.

toriam super ipsum timentem: sed audacia aggreditur periculum imminens propter uictoriam sui supra ipsum periculum. unde manifeste timori contrariatur audacia. AD PRIMVM ergo dicendum, quod ira & audacia, & omnium passionum nomina dupliciter accipi possunt. Vno modo secundum quod importat absolute motus appetitus sensitiui in aliquo obiectum bonum, uel malum: & sic sunt nomina passionum. Alio modo, secundum quod simul cum huiusmodi motu importat recessum ab ordine rationis, & sic sunt nomina uirtutum, & hoc modo loquitur August. de audacia: sed nos loquimur nunc de audacia secundum primum modum. AD SECUNDVM dicendum, quod uni secundum idem non sunt plura contraria: sed secundum diuersa, nihil prohibet uni plura contrariari: & sic dictum est supra, quod passiones irascibilis habent duplicem contrarietatem, unam secundum oppositionem boni & mali, & sic timor contrariatur spei: aliam secundum oppositionem accessus & recessus, & sic timori contrariatur audacia: spei uero, desperatio.

AD TERTIUM dicendum, quod securitas non significat aliquid contrarium timori, sed solam timoris exclusionem. Ille enim dicitur esse securus, qui non timet: unde securitas opponitur timori sicut priuatio, audacia autem sicut contrarium: & sicut contrarium includit in se priuationem, ita audacia securitatem.

ARTICVLVS II.

Vtrum audacia consequatur spem.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur quod audacia non consequatur spem. Audacia enim est

parte obiecti: unde prouida natura, cum egeret animalia non solum consonantibus per se motibus ab obiecta appetitus, bonum scilicet & malum: sed etiam dissonantibus ab eiusdem, quantum quandoque expedit & fugere bonum aliquod, & profectus mali aliquod, nec potuerit fieri, ut perfectam secundum propriam compositionem haberent, effectus ut saltem respectu concurrentium ad motum perfectas saluaretur, ut sic motus omnis appetitus, & si non secundum se consideratus, ut tamen exercitus, cum requisitis ad ipsum per se obiectum fortiaur.

¶ Super Quaestiois quadragesime quinta Articulum secundum.

CIRCA dicta in 2. art. eiusdem 45. q. spaliter dubium occurrit, quia auctor sibi contrarius est. superius enim in quest. 25. articulo 3. expresse dixit, quod desperatio est prior timore, & quod timor sequitur

Supra q. 23. art. 2. co. fin. Et inf. præfenti q. art. 2. co. Et 2. 2. q. 123. art. 3. ad 3. & q. 23. artic. 3. ad 3. & q. 129. artic. 6. ad secundum. 1. 83. quest. q. 31. a medio illi: & q. 34. tom. 4.

lib. 2. cap. 6. a medio illius, tom. 1.

lib. 2. Rhet. cap. 5. a medio, tom. 6.

* li. 10. Met. tex. 13. to. 3.